SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII PAPAE SEXTI

NOVAE LITTERAE

QUIBUS DENUO MONENTUR

SPECIATIM

EPISCOPI CONSECRATORES, ET ADSISTENTES,
PSEUDO-EPISCOPI CONSECRATI ET INTRUSI,
EORUMQUE VICARII,
EPISCOPI CIVICO JUREJURANDO OBSTRICTI,
PAROCHI INTRUSI, VICARII, CAETERIQUE PRESBYTERI
AB EPISCOPIS INTRUSIS DELEGATI

IN REGNO GALLIARUM

Adsignatis diebus sexaginta pro secunda, *et aliis sexaginta diebus pro* tertia *Monitione*



ROMAE MDCCXCII.

TYPIS REV. CAMERAE APOSTOLICAE

Digitized by Google

Digitized by Google

Dilectis Filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus,
et Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et Episcopis,
ac Dilectis Filiis Capitulis, Clero, et Populo
REGNI GALLIARUM

PIUS PP. VI.

Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii,
Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

NOvae hae Litterae, quas ad Vos damus, testatum Vobis facient, quanto ex una parte Noster animus gaudio, ex alia verò afficiatur dolore propter diversum Nostrarum *Monitionum* exitum, quae Litteris die 13. mensis Aprilis superioris Anni datis continebantur; quae quidem Monitiones quales fuerint, nec Vos latet, nec ullus Catholici Orbis ignorat Episcopus.

Ad *gaudium* quod attinet, Vos in primis, Dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinales, ac Ven. Fratres Archiepiscopi et Episcopi, locupletissimam Nobis causam suppeditatis. Nostris enim paternis vocibus confirmati magis magisque egregia constantiae laude enituistis; alii ex Vobis invicto animo exilium tolerantes extra vestras Ecclesias, et extra ipsum Regnum; alii injuriis adversantium ac insectationibus obnoxii in vestris ipsis Ecclesiis; alii denique carceris etiam squalorem sustinentes, quod praesertim de Te factum fuisse ex tuis litteris intelleximus, Ven. Fr. Episcope *Seniciensis*, dignus propterea qui potiori laude cumuleris; omnes praeterea (si quatuor tantum Pastores infelicissimi excipiantur) sive praesentes, sive absentes id maximo studio atque ope adlaborantes, ut Nostrae vulgarentur Epistolae, utque universarum Dioecesium Fideles Nostris Monitionibus obsecundarent.

Quapropter Nos cum S. Leone *gratias agimus Deo, et multam fiduciam piae exultationis accipimus, cum Catholicam Fraternitatem ita spiritu Fidei vigere cognoscimus, ut cordibus vestris nihil infirmitatis haeretica possit inferre tentatio... Quamvis ergo magna Locorum intervalla Nos dividant, unitate tamen Fidei Vobiscum sumus..., cum de vestrae professionis concordia gloriamur: tantum ut sit auxiliante Domino constantia perseverans, dicente Apostolo: VOBIS ENIM DONATUM EST PRO CHRISTO, NON SOLUM UT IN EUM CREDATIS, SED ETIAM UT PRO ILLO PATIAMINI* (a). Angores vestri sunt Nobiscum communes:

(a) Epist. *ad Martinum Presbyterum* in Collect. Concil. *Labbei* edit. recentiss. *Ant. Zatta* num. LXXIV. To. VI. col. 95. litt. B. C.

Compatimur enim (veluti ajebant *Sardicenses Patres* Arianae persecutionis tempore) *Fratribus Nostris patientibus* , *et eorum passiones Nostras proprias arbitramur* , *et Nostras lacrymas cum Vestris commiscuimus* (*a*) .

Vos quoque animum Nostrum consolatione affecistis , Dilecti Filii Canonici , et Parochi singulari laude digni , Universitatum, et Sorbonae praesertim , Professores virtute praestantes , et de Religione in hoc potissimum rerum discrimine optimè meriti , Seminariorum Rectores, aliique cujusvis generis Ecclesiastici , Sacrae Virgines , et Laici etiam , qui Nostris hortationibus inhaerentes , constantes in Fide persititistis , et munera vestra ita obiistis , ut multi ex Vobis , exemplo Pastorum vestrorum , contumelias , exilium , carceres , aliasque vexationes magna virtute pertulerint . Non pauci etiam ex Clero vestri secundi Ordinis ad Conventum Nationis Gallicanae Deputati , egregii sane Viri , et tum ipsorum doctrina , tum bonae causae defensione percelebres , suos erga Nos constantiae , obsequii , et observantiae sensus praeseferre gloriati sunt , litteris ad Nos datis sex ab hinc mensibus: idemque praestiterunt alii ex secundo Ordine Ecclesiastici in unum collecti una cum Ven. Fratre *Francisco Episcopo Claraemontensi* , suis ad Nos datis litteris die 22. mensis Januarii , nec non alii hisce adhaerentes die 17. Februarii hujus anni ; quos propterea hoc loco meritis laudibus commemoramus .

Major autem cumulus consolationis accessit propter Vos , Dilecti Filii secundi Ordinis Ecclesiastici , qui vix Nostro judicio , Nostrisque monitis auditis , illustre veterum quorumdam *Galliae Episcoporum* imitati estis exemplum . Nam sicuti illi post probatam una cum Orientalibus Episcopis *erroneam Concilii Ariminensis formulam*, agnoscentes *fraudem* passam esse eorum simplicitatem , sese retulerunt *ab his omnibus*, *quae per ignorantiam perperam gesta sunt* . . ., *maximèque eorum Sacerdotes Apostatas respuentes* , *qui in loca Fratrum indignissimè exulantium* , *quorumdam aut ignoratione* , *aut impietate sunt substituti* (*b*) ; ita et Vos alacres *impium illud sacramentum* ejurastis , quod vel metus , vel ignorantia , vel deceptio a Vobis extorserat ,

---

(*a*) Epist. *ad Ecclesiam Alexandrinam* in cit. Collect. *Labbei* Tom. III. col. 55. lit. A., et apud *S. Athanasium Apolog. II.* Op. omn. *Coloniae* 1686. T. I. pag. 759. lit. A.

(*b*) Ita professi sunt Gallicani illi Episcopi in *Synodica Epistola ad Orientales Episcopos* , quae primum edita est *a Nicolao Fabro* initio II. Partis *Fragmentorum S. Hilarii de Synodis* , referturque a *Labbeo* cit. To. III. col. 357. et seqq. , ac praesertim col. 359. litt. B. C.

Digitized by Google

rat, detestantes eos; qui in hujusmodi sacramento continebantur, errores, Vosque ab Intrusis segregantes; et denique legitimis consentientes, conjunctique Pastoribus, a quibus discesseratis. *Retractationes* hujusmodi ita multae fuerunt, ut quilibet dies semper novas afferret, atque illud inde redundarit, ut qui penitus excaecati in errore perstare maluerunt, non levi dedecoris nota apud omnes Ordines sint inusti, et de sua existimatione deciderint penès illos etiam, qui ad hujusmodi Apostasiam eos impulerunt; quemadmodum a pluribus Episcopis Nobis nunciatum est.

Hinc mirum nequaquam erit, si gaudium Nostrum propter Vos tantò majus evadat, sitque commune cum Ecclesia universa; ac propterea Vobiscum sequendam ducimus benignè agendi rationem, quam S. Leo cum quibusdam *Episcopis Orientalibus* iniit, qui partes habuerant in ejectione S. Flaviani a Sede Constantinopolitana: Haec enim habuit ad *Anatolium Constantinopolitanum Episcopum* (a). *De Fratribus vero, quos..... Communionis Nostrae cupidos esse cognovimus, eo quod doleant, se contra potentiam, contraque terrores non tenuisse constantiam, sed alieno sceleri praebuisse consensum; cum ita eos formido turbasset, ut in damnationem catholici atque innocentis Antistitis, et in receptionem detestabilis pravitatis trepido famularentur obsequio . . . Volumus, quatenus hi, qui plenis satisfactionibus malè gesta condemnant, et accusare se magis eligunt, quam tueri, pacis, et Communionis Nostrae unitate laetentur. . . Neque enim potest in aliquo benignitas Nostra reprehendi, cum satisfacientes recipimus, quos doluimus esse deceptos.*

Nonnihil quoque recreati animo sumus ex nuncio ad Nos delato, Intrusum *Rothomagensem* sese occupata Sede abdicasse, nec non alios Intrusos fugam arripuisse. Haec porrò intelligentes, bonum illud respeximus, quod ab eorum abdicatione, et fuga profluxit. Hujusmodi enim abdicationes, et fugae satis Fidelibus patefaciunt, qua Intrusi senserint inuri se dedecoris nota, et qualibus conscientiae stimulis agitari, dum larvâ Episcopatus induti Schisma super alios omnes molirentur ac foverent. Caeterum hac in parte gaudium Nostrum plenum esse non potest: Nos enim minime fugit, Intrusum Rothomagensem, tunc cum munus abdicabat, loco sacramenti ejurandi, errorisque detestandi, suam pervicaciam praesetulisse; reliquosque etiam, qui fugam arripuerunt, haud obscura dedisse suae pertinaciae

(a) Epist. LXXX. in cit. edit. *Labbei* To. VI. col. 109. litt. A.B. Pro cujus interpretatione consuli etiam potest epistola, quae praecedit, data *ad Pulcheriam Augustam* loco cit. col. 106. lit. C., et col. 107. A.

ciae specimina, ut proinde opus sit, cum hos, tum alios, qui horum imitentur exempla, Ecclesiae cumulatè, et eo quo debent ritu, satisfacere; nam secus perfrui non poterunt Nostra, et Ecclesiae Communione, quoniam *nec aspere Communionis Nostrae gratia deneganda est, nec temere largienda*, uti docet S. Leo (*a*).

Haec de gaudio: Nunc quae ad *luctum* pertinent. Dolet Nobis vehementer, quod multi ex secundo Ordine Ecclesiastici Viri, et magna Laicorum pars, tametsi per Nos moniti, in errore tamen perstiterint: At vehementius adhuc Nobis dolet, quod in eodem errore perseverarint tum *Augustodunensis Episcopus*, praecipuus Schismatis auctor, tum *Archiepiscopus Senonensis*, tum *Vivariensis*, et *Aurelianensis Episcopi*, utpote qui, cum legitimi Pastores essent, ignorare minime poterant nec Ministerii sui munera et officia, nec injuriae gravitatem, quam in totum Ecclesiae Gallicanae Corpus intulerant, multisque nominibus arctiori vinculo tenebantur Nostris obtemperare mandatis. In se ipsos praeterea suscipiebant, suasque faciebant subjectorum sibi Populorum culpas: Etenim si, ut Pastoribus Inferiorum peccata tribuantur, sola sufficit negligentia, veluti pergit idem S. Leo, *quia inferiorum Ordinum culpae ad nullos magis referendae sunt, quam ad desides, negligentesque Rectores, qui multam saepe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam* (*b*); quanto magis damnandi erunt hi infelices Episcopi, qui loco adhibendi errantium morbis medicas manus, sua auctoritate, suoque exemplo bonos etiam ad malum impulerunt.

Vehementissime vero Nobis dolet ipse Schismatis hujus progressus, qui nunquam poterit debita orationis gravitate commemorari. Cum enim Nostrarum superiorum Litterarum tempore non innotescerent Nobis, nisi *octo* tantum Episcopi sacrilegè consecrati, et impiè in totidem Ecclesias intrusi, paulo post infaustissimus Nobis nuncius advenit, tam multis manus impositas nefariè fuisse, ut brevi dierum spatio *fere omnes* istius Regni Ecclesiae ab Intrusis fuerint occupatae.

Si Sanctus Athanasius in invasione *unius* Ecclesiae Alexandrinae, quam *Georgius per Edictum Principis contra Canonum Ecclesiasticorum instructionem* occupaverat, jure ac merito in haec verba prorupit, *Nunquam quidquam tale auditum est in Orbe terrarum .... Nunc universa Ecclesia injuria est affecta, et Sacrarium contumeliosè habitum, et quod magis est, pietas ab impietate persecutionem perpetitur* .... Etenim *patiente uno membro, compatiuntur et*

(*a*) Cit Epist. LXXX. *ad Anatolium Cp. Episcopum* Tom. VI. *Labbei* col. 109. lit. D.
(*b*) Epist. ad *Januarium Episcopum Aquilejensem* apud *Labbeum* num. XVIII. Tom. V. col. 1318. lit. B.

et reliqua membra (*a*); quanto magis Nos in repentina *omnium* fere florentissimi Regni Ecclesiarum occupatione exclamare debuimus, *nihil simile unquam in Ecclesia Dei accidisse*.

Item si antiquissima Romana Synodus, ad quam Episcopi Galli confugerant cum ob alias causas, tum maxime quod plures Episcopi alienarum Dioecesium partes praecipitanter invaserant, irregularesque Ordinationes peregerant, aliosque non rite jurisdictionis actus obierant, gravissimè illis respondit: *Si quis certè fines alienae possessionis invaserit, reus violentiae judicatur. Quid curritur? Quid festinatur, ut Regula Ecclesiastica conculcetur? Leges humanae tenentur, et divina praecepta contemnuntur: praesens gladius formidatur, et temporalis poena; divina vero vindicta, quae habet flammas gehennae perpetuas, negligitur. Videritis quae praesumptio fecerit: ex hoc si quis in aliena Dioecesi ausus fuerit Ordinationem facere, eamque praesumere, sciat se de statu suo posse periclitari, qui alienam Ecclesiam invadere praesumpserit. Non est saeculare aliquid, non sunt mundanae promotiones* (*b*); Si, inquimus, praedicta Synodus eos ita reprehendit Episcopos, qui nonnisi *partem* alienae Dioecesis invaserant, quanto majori reprehensione digni erunt non solum *omnes Pseudo-Episcopi*, qui minus rite electi, et sacrilegè ordinati Episcopales Sedes, quibus legitimi praeerant Pastores, absque canonica missione invaserunt, *integrasque* Dioeceses occuparunt, sed *quatuor* etiam illi Pastores legitimi, quorum tres Decreta Nationalis Conventus amplexi *partem* occuparunt *alienarum* Dioecesium, *suarumque partem* dereliquerunt; alter vero dum primus, duobus conjunctis Episcopis Adsistentibus, Intrusos consecrando *Pater* evasit Pseudo-Episcoporum, in causa fuit, cur reliquae Sedes invaderentur, derelicta etiam *propria* Sede, ut Intruso locum aperiret.

Accidere sane non potest, *ut bono peragantur exitu, quae malo sunt incheoata principio* (*c*). Longum quidem, luctuosumque esset verbis exprimere hoc loco corruptum undique Ecclesiarum Galliae statum, et gravissima ea damna, quae ab hujusmodi Intrusis Religioni allata sunt. Illud sufficiat animadvertere, quod sacro legitimoque Regimini prophanum et sacrilegum Regimen suffecerunt: Cum enim glorientur ipsi Episcoporum *Constitutionalium* nomine nuncupari, satis

 agno-

(*a*) *Epist. Catholica ad omnes ubique per Ægyptum &c. Orthodoxos Episcopos* cit. Op. Omn. Tom. I. pag. 943. litt. B. C., et pag. 949. B.

(*b*) Can. XV. in cit. *Labbei* recentissima edit. Tom. III. col. 1138. lit. E., et col. 1139. A. B. Hujus Synodi Canones, sive *Epistolam* spectare *ad Innocentium I.* opinatus est *Sirmondus*, ut in Nota I. adjecta verb. *Canones*.

(*c*) *S. Leo* Epist. *ad Episc. Afric.* apud *Labbeum* num. XII. To. V. col. 1258. lit. C.

agnoscere videntur, se Catholicos Episcopos minimè esse; adeoque a Sacris Ministeriis repellunt, atque arcent eos, qui juxta Ecclesiae Ritus unicè Pastores legitimi appellantur, et sunt: Cum autem illi sese in Sedes Episcopales intruserint, alios sui similes ad Regimen Parochiarum intrudunt, quos Ecclesia aversatur et rejicit, quosque sola Constitutio agnoscit ac probat, corrumpentes Sacras Ordinationes, Sacramentorumque administrationem; utque omnia paucis complectamur, Ecclesiam, ejusque Auctoritatem divinitùs institutam Imperio subjicientes, necnon veritati errorem, pietati impietatem subrogantes, juxta germanam praedictae Constitutionis analysim.

Quoniam verò proprium semper, et peculiare *Haereticis, Schismaticisque* fuit simulatione uti; ita hujusmodi etiam Intrusi nil habent antiquius, quàm ut *per simulationem* Populos in errorem inducant, dum omnes actus suos quodam quasi velamine charitatis praetexunt; dum tuentur, ac laudant Constitutionis reformationes, perinde ac si antiquiori, ac puriori Ecclesiae Disciplinae essent accomodatae; dum habere se jactant sinceram cum Ecclesia, et cum hac Sancta Apostolica Sede Communionem. Huc spectant *Nunciatoriae* tantum epistolae, quas exemplum priorum Intrusorum sequentes, alii etiam posteriores ad Nos miserunt; huc *Cohortationes* de precibus pro Nostra salute, atque incolumitate fundendis.

At hujusmodi contestationum, officiorumque genus agnoscitur depromptum, veluti ex Archetypo, a nefariis Schismaticorum, et Haereticorum Scholis. Nam legimus *Photium* scripsisse S. Pontifici Nicolao (*a*), *Lutherum* Leoni X. (*b*), *Petrum Paulum Vergerium* juniorem Julio III. (*c*); qui omnes dum effingebant obedientiam et unionem cum Apostolica Sede, querebanturque de insimulata pravitate eorum doctrinae, conjunctim eidem S. Sedi insultabant, pravosque errores edocebant.

Ita et hodierni *Episcopi intrusi* opus recenter evulgarunt, in quod omnes conjecerunt erroneos, schismaticos, et haereticos, saepius refutatos atque rejectos, sensus, quibus nonnullae ex suis Pastoralibus Epistolis, aliique Libelli non sine gravissima Ecclesiasticae historiae perturbatione redundabant, cui quidem operi insidiosum praefixerunt Titulum = *Accord de vrais principes de l'Eglise, de la Morale, et de la raison sur la Constitution Civile du Clergé de France par les Evêques des departemens Membres de l'Assemblée Nationale constituans, A Paris* 1791. =, adjectâ in fine ejusdem improbi Operis

(*a*) Epistolae leguntur apud *Baronium* ad Ann. 859. num. 61., & ad Ann. 861. num. 34.

(*b*) *Operum Lutheri* Tom. 1. pag. 65., edit. *Jenae* 1612. pag. 183. et pag. 385.

(*c*) Opuscul. italicè impress. sine loco editionis, et sine Anno.

Operis, ad Populos facilius decipiendos, ementita quadam Epistola, perinde ac si illa ad Nos missa fuisset. Sed ad Bonorum instructionem, eorumque solidandam perseverantiam, non deerimus exprimere pestilens virus, quod undique ex pravo Opere emanat:

Interea praeterire non possumus *duplicem fallaciam*, quam Episcopi intrusi evulgant intrepidè ad retrahendos Populos ab obedientia Apostolicis Nostris Monitionibus debita, quarum unaquaeque est alterâ deterior. Pertinet *prima* ad negatam authenticitatem Nostrarum Litterarum: hujusmodi autem commentum magis congruum esse non potest, planèque consentiens illi, ex quo fonte profluxit. Qua enim bona fide dubitari potest de Nostrarum Litterarum veritate, quae Nostra Manu obsignatae ad Metropolitanos Galliae missae sunt, quaeque jussu Nostro Typis Romanis editae, non per Regnum Galliae modò, sed per omnes etiam Catholici Orbis partes circumlatae sunt, ea prorsus ratione, qua de hisce Nostris Litteris fiet? Quomodo igitur Apocriphum dici potest Monumentum illud, quod Nostrum est, quod unicè dimanat a Nobis, quodque tanta solemnitate vulgatum, nullum ambiguitati relinquit locum, quod denique tale est, ut quilibet illud facili negotio distinguat ab aliis corruptis, et commentitiis Monumentis, quae Refractarii Nostro Nomine edi curarunt in vulgus, non sine summa audacia, ac manifesta calumnia, ad approbationem conciliandam Civili Constitutioni Cleri, per Nos a suo usque initio plurimo cum horrore detestatae?

Spectat *alia* fraudolenta Intrusorum fallacia, et circumventio ad defectum cujusdam Civilis formae in publicatione Litterarum Nostrarum. Etenim nec ipsi nesciunt, nec quemquam alium latere potest, hujusmodi formam in praesenti Gallicarum rerum statu adhiberi non posse; ita ut qui hujusmodi formam requirunt, ii nil prius habeant, quàm ut Schisma et Intrusio impunè grassentur. Non latet etiam, hanc Civilem formam non esse necessariam, maximè cum res sit *de causa majori*, quae ad Nos et spectat, et per Episcopos delata est; quod quidem Catholici omnes fatentur, et declaravit Valentinianus Augustus in *Novella*, quae subsequitur Epistolam S. Leonis Magni ad *Episcopos per Provinciam Viennensem constitutos* (*a*) perspicuis hisce verbis: *Et erat quidem ipsa Sententia* (S. Leonis) *per Gallias etiam sine Imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis authoritati in Ecclesiis non liceret?* Et Clerus etiam Gallicanus agnovit, ubi actum est de vulgandis encyclicis Litteris Decessoris Nostri Benedicti XIV., *Minimè* (inquiens) *indiget Regia auctoritate ad evulgandam tanquam Regulam Sanctae Apostolicae Sedis Responsionem in re merè spirituali* (*a*). Quae

(*a*) Epistol. X. part. 2. *Operum S. Leonis* edit. *Tyrnav.* 1767.

Quae hactenus diximus de lacrymabili Schismatis statu, cui mirum in modum inserviunt Intrusi, si attentè perpendantur, quisque facilè intelliget, quàm Nos verè cum S. Athanasio exclamare possimus (*b*), *Nondum intellexistis solvi Christianismum, et callidè sub alia specie Diabolum oppugnare Ecclesiam?*

In tanta rerum Ecclesiae Gallicanae conversione, ac in tanta criminis adeo publici gravitate potuissemus Nos equidem *jam nunc* contra Contumaces devenire ad comminatas Excommunicationis poenas; cum longo undecim mensium et amplius intervallo a Nostrae Monitionis die nullum ab iisdem poenitentiae signum apparuerit. Nihilo tamen minus, cum Monitionem Nostram non inanem apud multos fuisse videremus, atque caeterorum aliquantùm expectandam ejusmodi imitationem duceremus, et cum praeterea consideraremus magnam Dei longanimitatem, qui peccatores sustinet in multa patientia, nec vult eos perire, sed ad poenitentiam adduci; audito prius consilio selectae Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationis coram Nobis habitae *die 19. Januarii hujus Anni*, benignè adhuc agendum Nobis esse cum Contumacibus arbitramur, si fortè suum in cor redeant, ac ad Deum convertantur. Nondum enim paternam exuimus erga ipsos misericordiam; et quemadmodum *Mulier oblivisci non potest infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui* (*c*), ita S. R. E. suos Filios, licet inobsequentes, ac pervicaces, oblivisci non potest, sed pietate in illos potiùs, quàm iracundiâ permovetur. Quamobrem non sine gravi fletu, ac gemitu Nos viscerum Nostrorum divisionem timentes, ab Excommunicationis Sententia ferenda modò abstinemus, diutius etiam differentes ultionem, ut locum habere possit correctio; firma tamen manente *Suspensionis* poena inflicta per Nostras Litteras diei 13. Aprilis.

Quapropter statuimus novam hanc, et *peremptoriam* Monitionem facere, *secundae* et *tertiae* aequivalentem, qua *sexaginta dies* a die, quo praesentes hae Litterae datae sunt, numerandos *pro secunda, et alios proximos sexaginta dies pro tertia Monitione* assignamus, monentes scilicet.

I. Sacrilegos Episcoporum intrusorum Consecratores, seu Adsistentes, *Carolum Mauritium Episcopum Augustodunensem, Joannem Baptistam Episcopum Babylonis, et Joannem Josephum Episcopum Liddae*, qui

(*a*) *Proces verbal de l' Assemblée Generale du Clergé de France de l' Année 1765. &c. Seance XX. pag.77. §. Cette publication.*

(*b*) *Epist. Cathol. ad omnes ubique Orthodoxos Episcopos* cit. To. I. pag. 570. lit.D, et pag.571. A.

(*c*) *Isai.* Cap.XLIX. v.15.

Digitized by Google

qui quemadmodum funestissimi Schismatis Auctores ob primas, quas facere sunt ausi, Pseudo-Episcoporum Consecrationes caeteris omnibus atrocitate criminis praeiverunt, ita aequum est, ut primi omnium moneantur, et ad debitam emendationem excitentur.

II. *Omnes Pseudo-Episcopos intrusos*, qui absque Electione, Ordinatione, et Missione legitima Episcopales Sedes cum veteris, tum novae et illegitimae erectionis invaserunt, quarum pleraeque legitimis occupabantur Praesulibus, quae vero vacuae erant, per Vicarios Capitulares regebantur ad Leges a Tridentino Concilio praescriptas.

III. *Archiepiscopum Senonensem, Episcopum Aurelianensem, Episcopum Vivariensem, et Petrum Franciscum Marcellum Senonensis Archiepiscopi Coadjutorem*, quorum primi tres etsi canonicè Episcopatum acceperint, ausi sunt tamen alienarum Dioecesium partes invadere, et partes suarum Dioecesium derelinquere juxta Conventus Nationalis Decreta; omnes autem, quemadmodum etiam Episcopi Consecratores, seu Adsistentes, cunctique Episcopi intrusi, veriti non sunt se subjicere Civili Constitutioni Cleri per Civicum sacramentum purè, et simpliciter praestitum, quod Nos in Litteris die 13. Aprilis datis *errorum omnium venenatum fontem, et originem* esse declaravimus.

IV. *Parochos, et alios quovis nomine Curam Animarum exercentes in Titulo*, qui praeterquamquod sacrilego illò se jurejurando polluerunt, sive integras invaserunt Paraecias tam veteris, quàm novae et illegitimae erectionis, sive earum partes, per institutionem nulliter receptam vel ab intrusis Episcopis, vel ab Archiepiscopo Senonensi, et ab Episcopis Aurelianensi, et Vivariensi, legitimis quidem, sed Civico juramento obstrictis, extra pristinos fines respectivarum Dioecesium, etiamsi aliqui ex ipsis ritè antea ad Parochiale munus assumpti fuissent.

V. Denique *Vicarios omnes, aliosque Presbyteros*, quocumque nomine appellentur, ad Jurisdictionis actus exercendos, vel ad munia Ecclesiastica obeunda delegatos, sive approbatos ab intrusis Episcopis, qui in alios transferre nequeunt jus, quod ipsi non habent.

Quos omnes ita monitos, nisi Nobis constiterit intra praefinitum illud temporis spatium, quod superius assignavimus, pro suo quemque crimine debita, ut par est, emendatione Ecclesiae satisfecisse; tum sane etsi *dolebimus, et deflebimus, et plangemus, et visceribus dissecabimur, ut qui privemur propriis membris; tamen non ita dolebimus* (a), quin in Causa tam gravi, pro criminum acerbitate,

(a) *S. Jo. Chrisost. Homil. XI. in Cap. IV. Epist. ad Ephes.* Tom. XI. pag. 87. edit. *Paris.* 1734.

te, pro delinquentium multitudine, pro contagionis periculo, eo tandem deveniamus, quod Apostolicae servitutis, et canonicae providentiae ratio a Nobis postulat, ut scilicet Excommunicationis sententiam in eos feramus, eosque edicamus, atque mandemus ab Ecclesiae Communione segregatos. & tamquam Schismaticos pervicaces habendos, et vitandos esse declaremus.

Quam postremam Canonicam Monitionem, paternae hortationis, et lenitatis plenam, etsi nunc ad Episcopos Consecratores, seu Adsistentes, ad Episcopos intrusos, eorumque Vicarios, ad Episcopos juratos, ad Parochos item intrusos, et ad Vicarios, seu Presbyteros ab intrusis Episcopis delegatos, vel approbatos convertimus, propterea quod eorum crimen multo sane gravius, et perniciosius est, vel ob ipsam delicti rationem, vel ob personarum dignitatem, et auctoritatem, quae duo plurimùm valent ad alios tum exemplo, tum usurpatae Jurisdictionis usu corrumpendos; nihilominus *Monitos* volumus etiam *caeteros*, qui editae Constitutionis Auctores, Fautoresque sunt, et Juratos omnes, maxime Viros Ecclesiasticos, ac praesertim Parochos, Seminariorum Superiores vel Rectores, Universitatum et Collegiorum Professores aut Moderatores, ne, si in suo delicto contumaces, obstinatique perstiterint, suo tempore similem poenam evasuros se putent.

Dum autem haec loquimur, dum ad minas istas confugimus, Deum testem vocamus, quantopere nollemus armis hisce spiritualibus uti, si secus fieri posset: lenitati enim, et misericordiae libentissimo semper animo, severitati autem, nisi inviti, et necessitate coacti locum damus; ac propterea omnes hujus Schismatis quovis modo participes, maximeque Sacros Ministros in Visceribus JESU CHRISTI iterum enixè hortamur, et obsecramus, ut cogitent, quàm indignum, quàm perversum, quàm miserrimum sit, Fideles, praesertim Ecclesiasticos, exitiali huic Schismati favere et obsecundare, quod iniquo Philosophorum Novatorum consilio, majorem partem Conventus Nationalis constituentium, conflatum in suo pene ortu, modò ipsi obstitissent, extinctum fuisset. Horreant sane meditantes, quàm *terribilis expectatio judicii, et ignis aemulatio eos consumptura sit (a)*, quorum opera efficitur, ut Schisma, quod per eorum poenitentiam tolli posset, etiam perduret, et per florentissimas Galliae Provincias latissimè grassetur, ac invalescat.

Desunt forsan illustria *excitamenta Gallorum* ad revocandum Civicum jusjurandum? Siquidem patet, quod plurimi ex Gallis, scientia praestantiores, dociles sese ostenderunt in detestandis erroribus propugnatis: Etenim usque ab initio V. Saeculi *Leporius* Monachus edidit suorum errorum retractationem, quae lecta fuit in V. Synodo

(a) *S. Paul. Epist. ad Haebr.* Cap. X. v. 27.

do Africana, et transmissa Gallicanis Episcopis (*a*); *Lucidius* Presbyter alteram direxit Synodo Arelatensi (*b*); non secus se gessit *Joannes Gerson*, qui retractationem emisit ope lectionis Librorum *S. Bonaventurae* (*c*). Hos subsequuti sunt *Petrus de Marca* (*d*), *Franciscus Fenelon* Archiepiscopus Cameracensis summa cum laude commemorandus (*e*), aliique plures Gallicani Scriptores, è quorum conspectu quis erubescere, vel perfractè renuere poterit, eos imitari, qui errores suos in eximiam gloriam, et honorem converterunt? Nos firma spe adducimur fore ut abbreviata non sit manus Domini super omnes Intrusos, et Schismaticos, utque aberrantes eorum animi in viam salutis revocentur, ac ipsi tot Majorum exemplis excitati cum retractatione impii juramenti sacrilegas damnent Consecrationes, praeoccupata abdicent Sacerdotia, legitimosque Pastores agnoscant.

Vos interim, Ven. Fratres, quos, audita hac postrema Nostrarum Litterarum Monitione, pro vestri Gregis salute correptos tremore cernere jam videmur, atque audire clamantes cum Paulo (*f*), *Quis infirmatur, et Ego non infirmor? Quis scandalizatur, et Ego non uror?* Vos, inquimus, dum hasce Litteras publicè vulgabitis, Nostris sollicitudines vestras adjungite, ferventiores D. O. M. preces adhibete, iterate hortationes, praeceptionesque vestras, ut in tanta temporum acerbitate, in tanto Animarum discrimine et stantium Fidelium constantiam confirmare, et lapsorum infirmitati opitulari possitis. Sed lapsis in primis ob oculos ponite, nil sanè aeternae eorum saluti, nil verae eorum gloriae, nil universae Ecclesiae laetitiae tantopere conducturum, nil denique futurum tam gratum, quàm istud *obedientiae* Sacrificium, quod Nos modò eos PER VISCERA DEI NOSTRI, PER ADVENTUM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI rogamus, flagitamus, obsecramus. Haec autem facientes, pergetis ii esse, qui jam estis, *boni Ministri CHRISTI JESU, enutriti verbis Fidei, et bonae doctrinae, quam assecuti estis* (*g*).

Vos quoque, Dilecti Filii spectabilium Capitulorum Canonici

(*a*) Legitur apud *Mar. Mercatorem* Tom. I. Dissert. 2. *de Synodis* edit. *Garner* Paris. 1673. pag. 224.

(*b*) Refertur a *Sirmondo* = *Histor. Praedestinatiana* = Cap. 7. Tom. IV. Operum edit. *Paris.* 1696. pag. 418.

(*c*) Exscribitur a *Desirant.* in Oper. inscript. *Consilium Pietat. de non sequend. errantib.* Tom. I. dissert. II. Cap. 1. pag. 180. ad fin. edit. *Rom.* 1720.

(*d*) Apud eumdem *Desirant.* loc. proxim. citat. Cap. 17. pag. 133. et seq.

(*e*) Extat in Lib. *Relation des Actes, et deliberations concernant la Constitution en forme de Bref de N. S. le Pape Innocent XII. du douzieme Mars 1699.* Edit. *Paris.* 1700. pag. 39.

(*f*) 2. *ad Corinth.* Cap. XI. v. 29.

(*g*) *S. Paul.* 1. *ad Timoth.* Cap. IV. v. 6.

nici, Parochi, Sacerdotes, aliique Gallicani Cleri Ministri, Fideles demum universi in Galliarum Regno degentes, qui constantia, et Religionis studio caeteris antecelluistis, preces vestras cum Nostris, cumque Pastorum vestrorum precibus conjungite, et clamate in cinere, oratione, et jejunio *Parce Domine, parce Populo Tuo*: Nam bonus est, et misericors Deus, qui cum Sacerdotium, et Regnum videbit lacrymari, statim quasi compatiens ad commiserationem flectetur. Hinc gaudentes infortunia tolerate, quae Vobis acciderunt, quaeque fortasse etiam accident, *donec Dei Omnipotentis dextera omnia Diaboli arma confringat; cui ob hoc aliquid audere permittitur, ut a Fidelibus Christi gloria majore vincatur . . . , quoniam ubi Veritas est Magistra, nunquam desunt Divina solatia, Fratres Carissimi* (*a*).

Super omnia etiam atque etiam commendamus Vobis, atque praecipimus, ut legitimis vestris Pastoribus semper haerentes *caveatis*, ne ullo modo communicetis, praesertim in Divinis, cum Intrusis, et Refractariis, quocumque nomine appellentur, nec non et *caveatis* a praefato scelesto, et captioso Opere *Accord des vrais principes &c.*, a Pastoralibus et a Nunciatoriis Epistolis, et ab aliis cujuscumque generis scriptis per eos vulgatis, ac fortasse vulgandis, ut dum Civilem Cleri Constitutionem defendunt, Schisma ipsum confirment: Et quemadmodum Nos prioribus Nostris Litteris reprobavimus jam, atque damnavimus Constitutionem hujusmodi, ita novis etiam hisce litteris Opus praedictum, Pastorales et Nunciatorias Epistolas, et reliqua omnia scripta, Supremi, quo fungimur, Apostolatus Officio reprobamus, rejicimus, atque damnamus.

Det Deus in multitudine miserationum suarum Nostris Pastoralibus curis incrementum, ut qui Fideles stant inter Vos, confirmentur, et qui lapsi sunt, erigantur. Sic Deum rogamus, et obsecramus, et *flectimus* (ut Apostoli Pauli *ad Ephesios* scribentis (*b*) verbis utamur) *genua Nostra ad Patrem D. N. J. C. . . . . . , ut det Vobis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari per spiritum ejus in interiorem hominem, Christum habitare per Fidem in cordibus vestris in charitate radicati, et fundati*; et in horum Coelestium donorum pignus Vobis, Dilecti Filii Nostri, Ven. Fratres, ac Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem ex intimo paterno Corde peramanter impertimur. *Datum Romae apud Sanctum Petrum die decimanona Martii* MDCCXCII. *Pontificatus Nostri Anno Decimo Octavo*.

PIUS QUI SUPRA.

(*a*) *S. Leo* in Epist. ad *Martinum Presbyterum* apud *Labbeum* num. LXXIV. Tom. VI. col. 97. lit. B.

(*b*) Cap. III. v. 14. & 15.



Dilectis Filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus ; ac Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis , et Episcopis , et Dilectis Filiis Capitulis , Clero , et Populo
REGNI GALLIARUM

PIUS PAPA VI.

Dilecti Filii Nostri , Venerabiles Fratres , ac Dilecti Filii Salutem , et Apostolicam Benedictionem .

AD Nostras manus devenit Scriptum quoddam , cui titulus = *Manifeste de l'Armée Chrétienne , et Royale du Peuple François à Clisson ce premier Juin 1793.* = Hoc itaque Scripto , nomine generalium Ducum Christiani Exercitus in vulgus typis edito illud inter caetera declaratur , quod volentes ipsi , quoad eorum fieri poterat , Religionem Catholicam pristino statui restituere , florentemque illam reddere , invitabant Curatos et Vicarios , generalibus facultatibus legitimorum Episcoporum destitutos , ut se converterent ad Episcopum Agrae, Vicarium Apostolicum in quodam Oppido nuncupato = *Saint Laurent sur Sevres* = commorantem , postulantes ab eo , quomodo se gerere , et quam agendi rationem deberent inire (*a*) .

Nos equidem ignoramus , num Scriptum hujusmodi sit authenticum nec ne ; Qui enim illud vulgavit in eo monito, quod hujusmodi scripto praefixit (*b*) , liberum Gallis relinquit , ut eam Scripto adjungant fidem , quam Scriptum ipsum sibi vindicare arbitrentur .

Nihilominus sicut Catholicae Religionis restitutio , ad quam non sine maxima laude consilia praedictorum Ducum spectare videntur , fuit semper praecipua et singularis causa Nostrarum Apostolicarum sollicitudinum ; et sicut memorati Duces eligentes hanc ipsam ob causam virum hujusmodi , qui se Episcopum Agrae , et Apostolicum Vicarium appellat , nedum propositum sibi finem minime assequerentur , sed etiam latiorem errori patefacerent viam non sine gravissima Fidelium deceptione , cum Nobis constet titularem hujusmodi Epi-

(*a*) §. Voulant .
(*b*) §. Avertissement .

Digitized by Google

Episcopum nullibi existere, et nunquam a Nobis Vicarium hunc Apostolicum destinatum fuisse; ita ad omnem ambiguitatem in re tanti momenti avertendam consilium coepimus monendi Vos, Dilecti Filii Nostri, Ven. Fratres, ac Dilecti Filii, ut si quis ausus fuerit uti titulo Episcopi Agrae, et Vicarii Apostolici nomen accipere, tanquam talis habeatur a nemine, imo ut omnes illum aversentur atque devitent tanquam utriusque Dignitatis invasorem, cujus quotquot essent actus cum sacrilegii, tum nullitatis labe essent infecti. Haud patet ex Scripto, cujus superius facta mentio est, quo Pseudo iste Episcopus nomine nuncupetur, sed aliunde innotescit ipsum appellari *Guillot de Folleville*.

Hinc hortamur in Domino unumquemque vestrum, Ven. Fratres, ut singulos Populos, ac Dioecesanos vestros de hujusmodi fraude admoneatis. Quoniam vero Pseudo-Episcopus et Vicarius Apostolicus iste moram trahere dicitur in praefato Oppido S. Laurentii Dioecesis Pictaviensis, quae haud procul abest a Dioecesi Leonensi, ita Vos, Ven. Fratres Pictaviensis, et Leonensis Episcopi, Vosque etiam, quorum Dioeceses existunt in Provinciis Pictavii, et Britanniae, cum zelum adhibeatis oportet, qui Vobis communis est cum aliis egregiis Regni Galliarum Episcopis, et in id maxime debetis incumbere, ut Dioecesanos vestros quo meliori per Vos fieri modo poterit commonefaciendos curetis.

Ad Fidelium monitiones, Ven. Fratres, vestras quoque monitiones adjungite erga Pseudo-Episcopum, et Vicarium, illi praecipientes, veluti Nos per Nostras hasce Litteras eidem praecipimus, ut abstineat se a quocumque munere usurpatarum Dignitatum obeundo, utque nefario crimine sanctè, et sincerè ejurato Ecclesiae satisfaciat, quo veniam et absolutionem obtineat ab iis gravissimis poenis, quibus se subjecit juxta Sacrorum Canonum Sanctiones, commemoratas aliis Nostris Apostolicis Litteris (*a*).

Equidem dubitare non possumus, Ven. Fratres, quin per unumquemque Vestrum semel ac fuistis ad vestras Sedes relinquendas adacti, consultum satis fuerit spirituali Populorum necessitati, adhibitis etiam iis extraordinariis facultatibus alios delegandi, quae per Nos concessae Vobis fuerunt. Nihilo tamen minus si iniquorum hominum insectatio eo devenerit, ut vestras curas inutiles aut irritas fecerit, ita ut quidam sit locus, qui careat legitimo Superiore Ecclesiastico, hanc adeant Apostolicam Sedem ii, qui tanta cum laude causam Sacerdotii defendere se gloriantur; Nos enim prompto ac legitimo occurremus auxilio, quod locum habebit, donec Vos Dioeceses vestras regere atque administrare possitis. Interim faxit Deus, ut Nostra, et communia vota compleantur, ut Vobis primo quoque tempore liceat ad vestras Sedes reverti, et Pastorali Ministerio libere fungi, utque inclyto Galliarum Regno Pax et Religio reddatur, veluti assiduis precibus imploramus, et futurum confidimus, dum Vobis, Dilecti Filii Nostri, Ven. Fratres, ac Dilecti Filii Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. *Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die 31. Julii MDCCXCIII. Pontificatus Nostri Anno Decimonono.*

PIUS QUI SUPRA.

(*a*) Diei 13. Aprilis 1791., 19. Martii, et 13. Junii 1792.

ROMAE, Typis Reverendae Camerae Apostolicae MDCCXCIII.

671,199

NOTIFI

IEIE000U3U

Uelle circoſtanze m
TITA' ad aumenta
difeſa dei ſuoi Stati
ze, onde le ſteſſe
S' ingiunge pertanto a tutt' i N
primo Febraro alle ore 16. pr
di
tic
Q
po
no
Tali
da
ch
zi
ve
Qua
ta
de
ſe
le
di
C

127341

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

21 8 F 4/10
IE1E001435

NOTI

NEL tempo, in cu
cuparſi per lo ſta
radicalmente l' a
comune nelle pre
volgere le provid

1217360
Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

A

I Sei zelantiſſimi
vina Grazia con
ſioni prudentiſſime
troppo feconde d'
SIMA ſeguiteranno
Ma quanto i buoni ef
riori rapporto alle
ora di pena per gl'
ma finanche ſtamp
goli di Roma, in c
Luglio alle ore 10.
giorno abuſivamen
ri ſteſſi ſi riſervan
edificanti ben ord
VERGINE SANT

Filippo C

IN R

1E1E004437
1217353
1E1E00355

Digitized by Google

Dimostrazione dell' Introito, ed Esito d
publicata dall' Emo e Rmo Sig. Ca
dal detto giorno 8. C

INTROITO

Esatti da Ottobre a tutto Decembre 1796., e provenient
tanto dalle Offerte di una sola volta, quanto dalle parzia
anticipazioni delle annualità degli Oblatori così di Roma
come dello Stato, e depositati nel S. Monte della Pietà da
rispettivi Signori Deputati, come appresso

DA ROMA

Rioni =	Monti	2852.	—
	Trevi	7502.	96.
	Colonna	10159.	96.
	Campomarzo	12183.	75.
	Ponte	3282.	10.
	Parione	3535.	90.
	Regola	3831.	66.
	S. Eustachio	4108.	60.
	Pigna	20138.	21.

Ep

DALLO

N. B.

1217357
IEIE003358

Digitized by Google

Digitized by Google

E O

13

so nell'altro Editto de 20. Luglio 179

Considerando poi *il S. Padre* l' importan elle pene come sopra comminate, e del bisogno, riputò conveniente, che ne contro i Trasgressori. Ed il pre-
24. *Febraro passato* si dasse un' eccita sarà ne' Luoghi soliti di quest'Alma ai *Particolari Possessori di Gioje*, affine se gli fosse stato personalmente sero volontariamente, portandole al Vaticano questo dì 3. Marzo 1797.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, supradictum & in Acie Campi Floræ, ac in aliis Locis solitis, & consuetis Urbis Ligne Mag. Curs.

IN RO 7.



1E1E004440

NOTIFI

1217359

INVIT



GIULIO MARIA del Titolo
DELLA SOMAGLIA de

Essendosi degnato l' A
le provide misure d
felicemente Regnan
Stato nelle attuali ci
le , benefica , ed am
coll'Armata France
te và a spedirsi a

E ri
com
E D
sto
pe
ch
V
a

1217360

NOTIF

ICIE004444

Uantunque la SAN
costanze d' Italia n
glia invadere , o usa

1217362

P

H

Digitized by Google

Digitized by Google

E D I



QUanto la Santità di No
Regnante è stata sensib
ha dimostrato ne' passa
il suo amore verso la d
marico, che il Popolo

fa
co
Quin—
P
tu
tu
s
c

O N E

gratuito.

Apostolica : 6. finalmente *in quella qualunque altra ma-*
[redacted] E v' produrre un qualche sollievo alle spese enunciate, DI-
tanto per una sol volt azione all' esempio anche recente di altre Nazioni, sa-
meno in genere per e Mondo, quanto virtuoso sia il loro amore della Patria, e
un determinato nume pondano alli bisogni di una difesa, che interessa la *Causa*
e di Argento, o in Gi le *proprietà*, *loro stessi*, in somma quanto *v' è di più*
no, Biada, Bestiame pporti.
tenimento della Trup Questo dì 8. Ottobre 1796.
occorrenti per la Mil

PER IL RIONE MO ITELLI

rino

Monsig. Martinelli
Sig. Capitano Reali, dei
Sig. Francesco Ingamj

T R E V O IN PESCARIA

Monsig. Vaj
Sig. Principe Chigi
Sig. Pamfilo di Pietro

longhi

C O L O N N P A

Monsig. de Gregorio
Sig. Marchese Olgiati
Sig. Valdambrini

gripanti
uere

T R A S T E V E R E

Monsig. Bussi
Sig. Alessandro Falconieri
Sig. Antonio Dezj, Negoziante

B O R G O

Monsig. Castiglione
Sig. Marchese Accoramboni
Sig. Angelo Bonelli

Die, Mense, & Anno, q orœ, ac in aliis Locis solitis, & consuetis Urbis, per
me Petrum de Ligne A Felix Castellacci Mag. Curs.

Digitized by Google

Digitized by Google

20

Dal Qu
no

O

IL GENER
pe F

LA voc
arriv
stato
te temut
hanno pe
se per ev
gnanima
Anime ti
Noi il v
za, la p

ZELADA de' SS. Silveſtro
nitenziere Maggiore:
di Stato,

DEI SUDDETTI COMMISSARJ,
somministri li soliti legitimi mezzi
eo.
di ubbedire esattamente, poiche al-
'esecuzione delle pene imposte col
speranza nè di grazia, nè di dimi-
esime; Ed il presente affisso, e pu-
ni soliti di quest' Alma Città, obbli-
li fosse stato personalmente intimato.
irinale. Questo dì 13. Luglio 1796.

...ne, in Acie Campi Floræ, & in aliis
Nicolaus Marini Mag. Curs.

I 96.

IEIE00UU53

1217380

Digitized by Google

NOTIFIC



DOPO le note vicende , alle quali
gna , Noi proviamo la più giu
che l' ordine pubblico rinaſce ,
mente a ſoggiornare fra i Popoli alla
ognuno a parte de' ſentimenti , da q
aff
gi
e
e
d

Digitized by Google

1217423

Digitized by Google



Digitized by Google

IE/E OCCU 535

1217424

Digitized by Google

NOTIFI

INtento sempre l'amoroſ
fralle più gravi anguſtie
quelli, che riconoſce n
cialmente delle circoſtanz

Digitized by Google

IEIE00U518

A217650

Digitized by Google

NOTIFI

1. I deduce a notizia
di Pietà , quali r

1217651

Digitized by Google

NOTIFIC

1217652.

1217655

IGNAZ

C

II. Da simile A
Campagna
all' uso delle S
avuto effetto
ne dei 28.G
per altro no
Procoj di Vac
III. Dalla prefa

Die, Mense, &
Campi Florae

Digitized by Google

E D I T



IGNAZIO del Titolo di S. Maria degli Angeli
e della Santità di N. S. PAPA PIO SESTO

CON Notificazione dei 24 prossimo passato Febraro fu fatto palese al Pubblico il tenore del trattato di Pace definitiva stabilito, e concluso tra la Santità di Nostro Signore e la Repubblica Francese. Tra gli articoli in esso contenuti dal Principato vi è ancor quello della somministrazione di un certo numero di Cavalli da Sella, e da Tiro. Dovendosi pertanto venire con tutta sollecitudine all'acquisto di essi, onde adempiere alla contratta obbligazione, la lodata Santità Sua ha ordinato, e comandato, come Noi nel Sovrano suo Nome ordiniamo, e comandiamo.

I. Che tutte, e singole Persone abitanti in Roma, ancorchè non siano originarie, nè Suddite, di qualunque grado, condizione, e preminenza, ed ancorchè Ecclesiastica, Secolare, e Regolare, Comunità, Collegi, e qualunque altro Corpo, benchè privile-

NOTIFIC

STEFANO del Titolo di S. Clemente

Essendo spirato col dì 31. Agosto decorso i tern
data graziosamente dalla SANTITA' DI NO
all' ... si è proced
chi
bite
ra :
pot
Sta
les
Per r
su
de
di
N
d
o
q
C
fa
T
Sic
a
n
p
e

1217656

Digitized by Google

N O

I

Al termine pr
Comunità p

C ollo
il ter
scors
Rust
lo S
TIT
tori
ro C
Volen
tro,
tico
qu
cir
te
be
d'
s

1217658

Digitized by Google

Digitized by Google

O

o, e d' Argento

Venezia	Z Colonne, e senza	22. 22.		1. 30.
Firenze	Z come sopra			— 65.
Genova	De Colonne			— 32.½
	A le Colonne			— 26.
Savoja	D, e Leopoldino	23. 05.		1. 30.
	Due Aquile a lati dello Scu-	24.		1. 23.½
Milano	Z ire Otto	19. 05.		— 97.½
	L	29. 20.		1. 66.½
	So nel 1778.	19. 15.		1. 08.
Vienna	U delle Corone nuovamente			
	L	25. 02.		1. 35.
Germania	U io con 3. Gigli	24. 23.		1. 40.½
Francia	L come sopra dal 1785. in			
	L	24. 20.		1. 38.
Spagna	cudi di Baviera, e dell'Im-	24.		1. 23.½
	L da Lire Otto	27. 09.		1. 54.
	I			
	I			
Portogallo	D			

Die Mer ... *Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me*
Jos ... Felix Castellacci Mag. Cursor.

...lica 1796.

P

Digitized by Google

N

gli

o os

C (

TT

M

IEIE 001539

1217709

Digitized by Google

Digitized by Google

NOT NE

PER riordinare il sis Camera ; E perchè non si
per le infelici circo, ed Argenti manifatturati
ferta come in altri ma vengano erogati soltan-
to a Scudo 1. 25. l' oncia riguard zioni , che ci sono state co-
sieno di bollo di Carlino , e effetto ciascuno a Noi oppor-
qualora siano di altro bollo , ed ra il valore degli Ori , ed
cia rispetto agli Ori di bontà , cuopra il prezzo del Fon-
ro , e così in proporzione per le nenza con Cedole , o mo-
vestimento sarà redimibile entro ra stessa ciascuno potrà fa-
ato del medesimo resta fissato a ezzo del Fondo .
so il rincontro del peso , e del va Monte Citorio Nostra solita
ciascun Proprietario dal Ministro no 1796.
nente gratis stipolato l' Istrome

G. della P

, menſe , & anno quibus ſupra ſupradi Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis,
& conſuetis Urbis per Me Jacobum Ca Stefanus Pozzi Mag. Curs.

IN R

1217711

33

NOTI

V

c,

IEIE004543

1217913

INNO

DA CANTARSI

Pel ſolenne innalzamento dell' Effigie

DELLA BEATA VERGINE

SOTTO IL TITOLO DELLE GRAZIE

NEL TEMPIO ERETTO DALLA PIETÀ

DI

FERDINANDO IV

RE DELLE SICILIE

NEL REAL SITO DI S. LEUCIO.

Madre del Verbo Eterno,
Dalle ſtellate ſedi,
China lo ſguardo, e vedi
Il Tempio ſacro a Te.

Queſte devote Mura

Come Celeſte brina
Che in grembo al ſuol diſcende,
Ed ubertoſo rende
Il campo al buon cultor:

D' Eliſa il ſen feconda

EIE 00454+

1217808

PER LA NUOVA CHIESA

Nelle vicinanze di Caſerta

INNO

DEL CAVALIERE GIUSEPPE PAGLIUCA

DE' CONTI DI MANUPELLO.

Del Verbo, o candida
Vergine Madre,
Spoſa al Paraclito,
Figlia a Dio Padre,
Votivo Tempio
Ti ſacra il Re;

E in queſto, ch' ergeſi
Preſſo al Tifato,
T' è delle Grazie
Il titol dato
Come un' immagine
Degna di Te;

Dovran più ſplendere
Così tra noi
I Genj provvidi,
Gl' illuſtri Eroi,
Cuſtodi, e vindici
Del patrio onor.

Così degli Aurei
Borbonii Gigli
All' ombra naſcere
Dovranno figli
Seguaci, ed emuli
De' i genitor.

Digitized by Google

IEIE004549

1217820

Digitized by Google

A L

SANTISSIMA VERGI

I N

I.

Alma del Ciel Regina,
Fonte d'amor pietoſa,
Te Madre, Figlia, e Spoſa
Traſcelſe Dio per ſe.
Tu su i beati Colli
Siedi dell' aureo Empiro:
Te adoran gli Aſtri, e in giro
Ti fan ſgabello al piè.

II.

Digitized by Google

121784

Digitized by Google

NOTI

Entre li Sudditi

Digitized by Google

1217812

Digitized by Google

L A

D. L

N E L

MA

IL C

Deh! Tu, celeste Spirto, Tu m' impetra
Che di ciò, che veder mi fu concesso
Alto risuoni l' armoniosa cetra.
Poggiai d' un monte nel quieto recesso
Cinto alle falde d' aspra selce avara
Che a piè profano ne chiudea l' accesso,
Vestiano il suol superno i fiori a gara,
E lo adombravan le ramose piante
Del sacro incenso, e della mirra amara.
Qui mi ristetti, e sotto alle mie piante
Vidi librata la terrena mole,
E de' mondani la rea turba ansante:
Io li mirava errar misti qual suole
Sciame d' insetti volteggiarsi, e udiva
Il cupo mormorio di lor parole:
Gran pietade nel cuor io ne sentiva,
E lagrimando pel sacrato calle
Tacito, e mesto il mio duce seguiva.

mirar mie voglie pronte ....
l vidi, e vidi in un svanito
il Tempio, il Sacro lume, e il Monte;
del coro il suon gradito
lella valle entro il recesso
tra il mio meravigliar smarrito.
LUIGI a me d' appresso
i ravvisai l' Angel che offrlo
l' ara dal sembiante istesso.
lea, dir ch' un Dio
nistero oggi t' elesse
darti ..... allora il guardo mio
i raggi, e più non resse.

IN SINIGAGLI NE.

IEIF004552

EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

1217816

671.159